UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Locorvm co[m]munium Ioannis Eckij, aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiæ

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

36 De transsubstantiatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

Visual Library

ignorat ſcriptura.

2 Quomodo aqua poſſet impri-
mere tale ſignum in anima?

¶Reſpondet catholicus.

Character non eſt res à patribus ficta, ſed ſpiritu ſancto doctore homines dei eum intellexerunt, vt ex Paulo oſtenſum eſt. De primo

Aqua non imprimit tale ſignum in anima, ſed deus imprimit, ad præſentiam aquæ baptiſmalis, aſſiſtente ſua omnipotentia ſacramentis. Et in hoc Chriſtiani excedunt Iudęos, nam nos habemus ſignaculum ſpiritus, ipſi habebant ſignaculum carnis. De ſecūdo.

DE TRANSVBSTANtiatione. XXXVI.

IN ſacramēto Euchariſtiæ, ſubſtātia panis cōuertitur in ſubſtantiam corporis Chriſti, Sic ꝙ non manet ſubſtantia panis. Accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens, Hoc eſt corpus meum. Con- Luc.22

cordat Mat. Mar. & Paul. ecce panem accepit, ſed peracta benedictione appellat corpus ſuum, q̊d non fit niſi verſione ſua.

Ioan. 6

Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, Hoc non fit ſine conuerſione.

De cœna domini

Cypr. Panis iſte communis in carnem & ſanguinē mutatus procurat vitam, & infra: Panis iſte quem dominus diſcipulis porrigebat, nō effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro.

Ambroſ. de myſterijs: Valebit ſermo Chriſti, vt mutet ſpecies elemētorum.

Lib. 4. de ſacr. c. 4

Amb. Panis iſte panis eſt ante verba ſacramentorū, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti

Ibidem

Non erat corpus Chriſti ante cōſecrationem, ſed poſt conſecrationē dico tibi, quod iam eſt corpus Chriſti, ipſe dixit, & factum eſt.

Ibidem

Ergo didiciſti, quod ex pane cor-

pus

pus fiat Chriſti, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, ſed fit ſanguis conſecratione verbi cœleſtis.

Amb. Anteq̃ cõſecretur panis eſt, vbi autẽ verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti, infra: Ergo videte quãtis generibus potẽs eſt ſermo Chriſti vniuerſa conuertere. Ibid. c. 5

Chryſ. Non ſunt humanæ virtutis opera propoſita: Qui tunc ipſa fecit in illa cœna, idẽ ea nunc quoq; facit: Nos miniſtrorum tenemus locum: qui vero ſanctificat ea & immutat, ipſe eſt. Ho. 60

Aug. de ſententijs Proſperi, Fatemur ante conſecrationẽ eſſe panem & vinũ q̊d natura formauit, poſt cõſecrationem vero carnem Chriſti & ſanguinem, q̊d bñdictio cõſecrauit.

Greg. Paſtor bonus Chriſtus animam ſuã poſuit pro ouib. ſuis, vt in ſacramẽto noſtro corpus ſuũ & ſanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis ſuę alimento ſatiaret. In hom. ego ſum paſtor

Greg.

Greg. Niſſenus, Inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiā corporis & ſanguinis ſui, verbo ſecreta poteſtate cōuertit, dicēs, Accipite hoc eſt corpus meū. Gratianus tribuit Emiſſeno de conſ. diſ. Quia corpus.

Mat. 14 Theophil. Qūū benedixiſſet fregit panē, q̊d & nos facimus, preces adiungendo, hoc eſt corpus meum. Hoc inquā quod ſumitis: Non enim tantum figura eſt corporis dominici panis, ſed in illum cōuertitur corpus Chriſti.

Gen. 2 Tranſſubſtantiatio eſt poſſibilis, formauit igitur dominus hominem de limo terræ, ecce deus limū mutauit in carnem.

Ibidem Aedificauit dominus deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.

Ecce os coſtæ conuertitur in mulierem.

Gen. 19 Reſpiciens vxor Loth poſt ſe, verſa eſt

ſa eſt in ſtatuam ſalis.

Proijcit Moyſes virgam, & verſa Exo.4
eſt in colubrum.

Percutiam virga aquam fluminis Exo.7
& vertetur in ſanguinem.

Cum alijs adductis per Ambroſium de myſterijs.

Diabolus agnouit huiuſmodi virtutem mutatricem in Chriſto. Si es Mat.4
filius dei, inquit, dic vt lapides iſti panes fiant.

Chriſtus de quinque panibus pauit quinq; millia hominum, q̊d fecit panem multiplicãdo, idem nunc totam eccleſiam fidelium paſcit vno Ioan.6
pane corporis ſui ſacramentaliter.

¶Obiicit Lutherus.

1 Subſtantia panis manet in Eucharistia quia ſcriptura nominat panẽ.

2 Erant autẽ perſeuerantes in doct. Act.2
Apoſto. & communicatione fractionis panis.

Panis quẽ frangimus nonne par- 1.Cor.10
ticipatio corporis domini eſt?

Pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1.Cor.11 Probet autē ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

2 Euangeliſtæ quoq; appellāt panē

3 Euchariſtia aſſimilatur ferro ignito, in quo manet & natura ignis & ferri, ſic in euchariſ. manet natura panis & natura corporis Chriſti.

¶Reſpondet catholicus:

Nulla creatura, maxime irrationalis, digna eſt miſceri cum benedicto corpore Chriſti, alioquin verbum aſſumeret paneitatem in vnitatem ſuppoſiti. Luther autem nondū oſtendit nobis in ſcripturis verbum panis factum eſt. ideo ſtandum ſententiæ cōcilij c. firmiter, de ſum. tri. & c. Matthæ. de cel. miſſ.

De primo. Quod Luc. & Paul. euchariſtiam nominant panem, non intelligatur per naturam ſed quadruplici ratione.

3.Reg.7 1 Quia ante conuerſionem fuit pa-
3.Reg.10 nis, ſimile coluber dicitur virga, qa fuit virga. Sed deuorauit virga Aaron

ron virgas eorum.

2 Propter ſpecies panis & acciden-
tia, ſicut imago nominatur ab ima-
gine, ſicut Salo. fecit boues & leun- 3. Reg. 10.
culos &c. quia fecit imagines eo-
rum.

3 Euchariſtia etiam dicitur panis Ioan. 6.
quia in eo eſt panis viuus qui de cœ-
lo deſcendit.

4 Ratione corporis Chriſti, quod
dicitur panis apud Hier. mittamus Hier. 11
lignum in panem eius, lignum cru-
cis miſerunt in corpus Chriſti.

Euangeliſtæ panem appellant an- De ſecũdo
te conſecrationẽ, ſed ea peracta ap-
pellant corpus Chriſti.

Ferrum nõ conuertitur in ignem De tertio.
vnde ferrũ non eſt ignis, ſed ignitũ
quia calorem tam fortiter in denſi
tate ſua ſuſcipit, vt etiam ſplendor
in eo reluceat. Erubeſcat itaq; Luth.
venerabiliſſimũ ſacramentũ, ferro
ignito comparare, cũ ſubſtãtia ferri

ma

maneat, panis autem nõ in euchar. Ambr. dicente, licet figura panis & vini videatur, nihil tamen aliud q̃ caro Chriſti & ſanguis poſt conſecrationem credendum. Hic aperte negat panis ſubſtantiam, quum affirmet nihil aliud hic eſſe q̃ carnem Chriſti & ſanguinem.

MISSAS LATINE non Germanice dicendas. XXXVII.

PRincipaliores linguas tẽpore Chriſti fuiſſe tres ſ. Hebraic. Græc. & Latinã, titulus indicat cruci Chriſti affixus, in quib. deus non immerito laudatur, & præcipue in his linguis diuina perſoluuntur officia.

Mat. 27 Ioan. 19

Non negamus tamen Indis Auſtralib. permiſſum. vt in lingua ſua rem diuinam facerẽt, q̃d clerus eorum hodie obſeruat, vt vidimus & audiuimus ipſi, licet myſteria miſſæ, quum non poſſent Italice interpretari,

tari,